Iecorda ura. Quia qd hominibus altum est: abhominabile est ante deum; Fr. iiii. vi. s. luca

In ill. Rogabat ihm quidam phariseus: ut cum illo pranderet. Et ingressus domum: recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere: quare nō baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum. Nunc uos pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis: quod autem intus est urm plenum est rapina et iniquitate. Stulti: nonne qui fecit qd deforis est. etiam id qd deintus est fecit: Verumptn qd sup est date elemosinam: et ecce omnia munda sunt uobis. Sed ue uobis pharisei qui decimatis mentam et rutam. et omne holus: et preteritis iudicium et karitatem dei. Hec autem oportuit facere: et illa nō omittere. Ve uobis phariseis: qui diligitis primas cathedras in synagogis. et salutationes in foro Ve uobis qui estis ut monumenta que non parent: et homines ambulantes sup. nesciunt Respondens autem quidam ex legis peritis: ait illi. Magister: hec dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait Et uobis legis peritis ue: quia honeratis homines honeribus que portare non possunt. Et ipsi uno digito urō: non tangitis sarcinas ipsas; Dnica. x.

Dum clamarem ad dominum exaudiuit uocem meam ab his qui appropin

quant michi et humiliauit e os qui est ante secu la et manet in e



ternum iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet;



Ps. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris. S a E; Oro

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et ut petentibus desiderata concedas. fac eos que tibi sunt placita postulare. P.; Ad corinthios.

Fratres Scitis quoniam cum gentes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes Ideo notum uobis facio: qd nemo in spiritu dei loquens. dicit anathema ihu. Et nemo potest dicere dominus ihc: nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero graciarum sunt: idem autem spc. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dns. Et diuisiones operationum sunt: idem uero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spc: ad utilitatem. Alii quidem per spm datur sermo sapientie: alii autem sermo scientie: secundum eundem spm. Alteri fides: in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum: in uno spiritu. Alii operatio uirtutum: alii prophetia. alii discretio spirituum. Alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spc diuidens singulis: prout uult;

Gr. Custodi me do mi ne ut pupillam .

oculi sub umbra ala rum tua rum pro te

ge me ℣ De uultu tuo

iudici um me um prodeat oculi tu i

ui deant equita tes. Alle luia

℣ Attendi te po pule me

us legem me am; Sedm lucam

In illo t. Cum appropinquaret ihc ierlm. uidens ciuitatem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses: et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te: et circumdabunt te inimici tui uallo ⁊ circumdabunt te. ⁊ coangustabunt te undique ⁊ ad terram prosternent te. et filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem sup lapidem. eo quod non cognoueris tempus uisitationis tue. Et ingressus in templum: cepit eicere uendentes in illo et ementes dicens illis Scriptum est. quia domus mea domus orationis est. Uos autem. fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens cotidie in templo;

OF Ad te domi ne leuaui a nimam meam deus

meus in te confido non erubescam neque irride ant me inimici mei ⁊ etenim

uniuersi qui te expectant non confun dentur; Secr.

Concede nobis hec quesumus domine digne frequentare misteria. quia quotiens huius hostie commemoratio agitur. celebratur opus nostre redemptionis exercetur; P.;

Fatebúrs och Archeliÿ Reckenskaper på Taſtuens
huſ slott, Item Tomingenn och Quitentiæ Registrett ... 1575

2



e memento abraham ysa ac et ia cob quib; iurasti dare terram



fluentem lac et mel ꝛ placatus factus est domi nus de maligni



tate quam dixit facere populo suo; Secr.

Respice domine qs nram ꝓpicius seruitutem · ut quod offerimus sit tibi munus acceptum · sit nre fragilitati subsidium · Ps; Co

De fructu operum tuoꝝ domine saciabitur terra ut educas panem de terra et



uinum letifi cet coꝛ hominis ut exila ret faciem in ole o ꝛ panis coꝛ hominis cōfirmet;

Senciamus domine quesum tui pceptione sacramenti subsidium mentis et corpis: ut in utroq; saluati · celestis remedii plenitudine gloriemur · Ps; Fr. iiii. ad corinthios.

Fres: Non predicamus nosmet ipos sed dnm nrm ihm xpm: nos autem seruos uros p ihm · Qm deus qui dixit in tenebris lucem splendescere: illuxit in cordibus nris ad illuminationem sciencie claritatis dei · in facie ihu xpi · Habemus autē thesaurum istum in uasis fictilibus: ut sublimitas sit uirtutis dei ꝛ nō ex nobis · In omnib' tribulationem patimur: sed non angustiamur · Aporiamur: sed non destituimur · Psecutionem patimur: sed non derelinquimur · Humiliamur: sed non confundimur · Deicimur: sed nō perimus Semper mortificationem ihu in corpore nro circumferentes: ut ꝛ uita ihu in corporibus nris manifestetur; Scdm mathm

Ill': Transeunte ihu: secuti sunt eum duo ceci clamantes ꝛ dicentes · Miserere nri: fili dauid · Cum autem uenisset domum: accesserunt ad eum ceci Et dicit eis ihc Creditis quia possum hoc facere uobis? Dicunt ei · Utiq; domine · Tunc tetigit oculos eoꝝ dicens · Scdm fidem uram: fiat uobis · Et aperti sunt oculi eoꝝ Et cōminatus est eis ihc: dicens · Uidete: ne quis sciat · Illi autem exeuntes: diffamauerunt eū in tota tra illa · Egressis autem illis: ecce obtulerunt illi hominem mutū · demonium habentem · Et eiecto demonio: locutus est mutus · Et mirate sunt turbe: dicentes · Numq sic apparuit in isrl' · Pharisei autem: dicebant · In principe demonioꝝ: eicit demones Et circuibat ihc ciuitates omnes ꝛ castella docens in sinagogis eoꝝ: ꝛ predicans euangelium regni · ꝛ sanans omnē langorem: ꝛ omnē infirmitatem;

Ill': Cepit ihc exprobrare ciuitatib; in quib; fce sunt plurime uirtutes ei': quia nō egissent penitentiam · Ve tibi corozaim: ue tibi bethsaida · Qa si in tyro ꝛ sydone fce

eſſent uirtutes que facte ſunt in uobis: olim in cinere ⁊ cilicio penitenciam egiſſent. Uerumptamen dico uobis: tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum: numquid uſque in celum exaltaberis? Uſque in infernum deſcendes. Quia ſi in ſodomis facte fuiſſent uirtutes que fc̄e ſunt in te: forte manſiſſent uſque in hunc diem. Verumptamen dico uobis quia terre ſodomorum remiſſius erit in die iudicii quam tibi; V. xiii.

Reſpice domine in teſtamentum tuum et animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem exurge domine ⁊ iudica cauſam tuam ⁊ ne obliuiſcaris uoces querentium

Omnipotens et miſericors deus de cuius munere uenit. ut tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter ſeruiatur: tribue quesumus nobis ut ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus ꝑ; te. V. Et quid dicis reſp. ſ. a. e;

Fratres: Abrahe dicte ſunt promiſſiones: et ſemini eius. Non dicit: ad galathas et ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in uno ſemine tuo qui eſt xp̄c. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a deo que poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex non irritum facit: ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas: iam non ex promiſſione. Abrahe autem: per repromiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt: donec ueniret ſemen cui promiſerat. ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non eſt: deus autem unus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex que poſſet iuſtificare: uere ex lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato: ut promiſſio ex fide ih̄u xp̄i: daretur credenti; Gꝛ

Reſpice domine in teſtamentum tuum et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem V. Exurge domine et iudica cauſam tuam memor eſto obprobrii ſeruorum tuorum Alleluia

V. Domine refugium factus es no